

Quintilian gibt in seinem Lehrbuch „*Institutio oratoria*“ folgende Anweisungen für Lehrer:

Magister docendi peritus¹ imprimis ingenium naturamque pueri sibi traditi perspiciet. Ingenii signum² in parvis liberis praecipuum² memoria est; eius virtus³ est duplex⁴:

5 facile accipere et certe continere.

Proximum imitatio¹: nam id quoque⁵ est docilis naturae⁵, sic tamen ut ea, quae discit, effingat⁶.

Haec cum magister animadverterit, perspiciat deinde, quoniam modo tractandus⁷ sit discantis animus.

10 Sunt quidam, nisi institeris⁸, remissi⁹ sunt, quidam imperia indignantur¹⁰, quosdam continet metus, quosdam debilitat¹¹, alios¹² continuatio extundit¹², in aliis plus impetus facit.

Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat¹³.

15 Hic erit alendus ambitu¹⁴, hunc¹⁵ mordebit obiurgatio¹⁵, hunc honor excitabit, in hoc desidiam¹⁶ numquam verebor.

1	peritus , -a, -um (mit Gen.)	erfahren (in etwas)
2	signum (-i n.) praecipuum	das Hauptkennzeichen
3	virtus , virtutis f.	hier: die Leistung
4	duplex , Gen: duplicis	doppelt
5	est docilis naturae	es ist ein Zeichen einer guten Begabung zum Lernen
6	effingere , effingo	nachbilden, nachvollziehen
7	tractare	behandeln
8	insistere , insisto, institi	drängen, antreiben
9	remissus , -a, -um	nachlässig
10	indignari (mit Akk.)	sich auflehnen (gegen etwas)
11	debilitare	schwächen, lähmen
12	continuatio extundit	ständige Wiederholung stumpft ab
13	flere , fleo, flevi	weinen
14	ambitus , -us m.	der Ehrgeiz
15	mordet obiurgatio	Kritik „beißt“
16	desidia , -ae f.	die Trägheit

Danda est tamen omnibus aliqua remissio¹,
non solum quia nulla res est, quae perferre possit continuum² laborem,
sed quia studium discendi voluntate, quae cogi non potest, constat³.

- 20 Itaque ⁴renovati ac recentes⁴ plus virium adferunt ad discendum.
Modus tamen sit remissionibus¹,
ne aut odium studiorum faciant negatae aut otii consuetudinem⁵ nimiae.
Sunt etiam nonnulli acuendis⁶ puerorum ingeniis non in|utiles lusus⁷,
⁸cum positis invicem cuiusque generis quaestiunculis aemulantur⁸.
- 25 Mores quoque inter ludendum simplicius detegunt⁹.
Statim ergo ne quid cupide, ne quid improbe¹⁰, ne quid impotenter¹¹ faciat,
monendus est puer, habendumque est in animo semper
illud Vergilianum¹²: „Adeo in teneris consuescere multum est".¹³

1	remissio , -ionis f.	die Entspannung
2	continuus , -a, -um	ununterbrochen
3	constare (mit Abl.)	beruhen (auf etwas)
4	renovati ac recentes	erholte und „frische“ Schüler
5	consuetudo , -tudinis f.	die Gewohnheit
6	acuere , acuo	schärfen
7	lusus , -us m.	das Spiel
8	cum ... aemulantur	wenn sie miteinander wetteifern, indem sie einander Fragen jeder Art stellen
9	detegere , detego	aufdecken
10	improbus , -a, -um	schlecht, unverschämt
11	impotens , Gen.: impotentis	zügellos
12	Vergilianum , -i n.	der Vergilvers
13	adeo ... multum est	So viel macht in zarter Jugend die Gewöhnung aus. (Vergil, Georgica 3, 272)

1. Zitieren und bestimmen Sie die Verbformen, mit denen Quintilian seine Anweisungen zum Ausdruck bringt.
2. Erläutern Sie die Aussagen in den Zeilen 8-13.
3. Quintilian bevorzugt einen bestimmten Schülertyp (Z. 14-16). Beschreiben Sie mit eigenen Worten diesen Schüler und geben Sie eine mögliche Begründung dafür, dass Quintilian diese Art Schüler bevorzugt.
4. Quintilian plädiert für Erholungspausen beim Lernen (Z. 17-22). Arbeiten Sie heraus, wie Quintilian dies begründet.

Quintilian, *institutio oratoria* 1, 3, 1-4. 6-13

5. Stellen Sie dar, welchen Sinn nach Quintilian das Spielen in der Schule hat (Z. 23-25).
6. Erklären Sie die Funktion des Vergil-Zitats (Z. 28).



Verfassen Sie einen Artikel für eine Schülerzeitung mit der Überschrift „Quintilian – ein moderner Pädagoge?!“.